

glibentia, vel audiendi contemptu et oblivione deleta; viva voce innoventur, que non sint scripta calamo et atramento, sed spiritu et verbo Dei; » scilicet mystice et spiritualiter.

ET OMNIS VOTUS. — Hebraice כָּל־אַזְרָעֵל col-azre'el, id est ut Aquila, Symmachus et Theodotion, omne anathema. Vide de cherem et anathemate dicta Levit. xxvii, 28.

30. ET PRIMITIVA OMNIS PRIMOGENITORUM. — Est pleonasmus: eadem enim sunt primitiva, que primogenita, q. d. Primitias omnes, sive animalium que pecora gigunt, sive fructuum, quos profert tellus, puto primitias vini, olei, frumenti obtinebunt sacerdotibus.

ET PRIMITIVA CIBORUM VESTRORUM. — Hebraice, pastarum vestrarum, id est panum confectorum ex primitivis frumentis vestrarum. Primitias enim panum offerebant sacerdoti in Pentecote.

Allegorice, ex hoc loco, et ex Levitico, ac Num. xviii, 41 et seq., doceat S. Clemens primitias omnium rerum dandas esse sacerdotibus et Episcopis: « Episcopum, inquit, oportet ut patrem diligere, ut regem metuere, ut dominum honorare, offerendo in benedictionem vestram fructus vestros, et opera manuum vestrarum: tribuendo, inquam, ut sacerdoti Dei primitias vestras, et decimas vestras, primitias frumenti, vini, olei, pororum, lani, et quidquid Dominus Deus vobis supeditat: et eis oblatio tua accepta in odorem suavitatis Domini Deo tuo; et benedicat Dominus operibus manuum tuarum, et multiplicabit bona terre tue; quia benedic super caput imperitios. » Ita ipse lib. II Constit. Apostol. cap. xxxiv.

UT REFORAT BENEDICTIONEM. — Hebraice: Ut re- quiescere faciat benedictionem, q. d. Dabis primitias Deo, id est Dei sacerdoti, ut Deus benedicas domini tibi frumentum, quarum primitias ei obtulisti, abundantiam, eamque jugem et stabili- lem: hoc enim significat vox requiescere.

31. OMNIS MORTICINUM. — Hoc velut tantum omnibus, etiam laicos, Levit. v, 2 et seq. Sed maxime sacerdotibus: hos enim decet ceteris esse puriores & sanctiores.

Mystice, Lyranus in fine libri: « Describitur, ait, sacerdotum genus, habitus, modus, virtus et actus. » Circa primum, etc., dicitur quod sint filii

Sadoc, qui interpretatur *iustus*: et per hoc designatur, quod Ecclesie ministri debent esse per imitationem speciale filii Christi, qui dicitur antonomastico *Justus*, Isa. xlvi: « Rorate, cœli, desuper, et nubes, » etc. Unde Joannes Apostolus de se, et sibi similibus dixit I epist. cap. iii: « Videlicet qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, et simus. » Quantum ad secundum, dicitur quod habeant vestes lineas, per quas in ministris Ecclesie designatur mentis et corporis puritas. Et subdit: quod femoralia linea operant turpitudinem carnis sum: per quod significatur, quod in ministris Ecclesie nihil turpitudinis aut dissolutionis in verbo, gestu, vel facto debeat apparet. Unde dicitur Exodi xix: « Sa- cerdotes qui accedunt ad me, sacrificentur, ne percurret eos. » Dicitur etiam supra de sacerdotibus, quod in aliis vestibus ministrant in templo, et in aliis habent cum populo: quod impletum videtur in novae ligea sacerdotio. Quantum ad tertium, dicitur quod sacerdotes comam non nutriri, sed attondentes tendant. Per quod significatur tonsura clericalis in ministris novae legis. Quantum ad quartum vero, dicitur quod sacerdotes non comedant captum a bestia, nec per se mortuum. Per quod designatur, quod ministri Ecclesie non debent de rapina, vel alio illico vi- vere. Item de sacerdotibus dicitur, quod vinum non bibant quando ingressuri sunt templum. Per quod intelligitur, quod in ministris Ecclesie esse debet sobrietas, et potissimum quando debent celebrire. Tunc enim in eis requiri non solum jejuniunum Ecclesie, sed etiam naturae. Quantum ad quintum, dicitur quod celebrent divinum Of- ficium, et quod docent populum, quid sit mun- dum et immundum, et quod in dubiis determini- quid sit tenendum. Per quod designatur, quod in ministris Ecclesie debet esse devotio, ad debito celebrandum divina; et sacra Scriptura cognitio, ad docendum populum, que sunt licita, et que illicita, et ad determinandum que in dubiis sint tenenda. Ista tamen cognitio major re- quiritur, secundum quod aliquis in Ecclesia gradu maiori constitutus. Propter quod de ignorantibus dicitur, Osee. iv: « Quia repulisti scientiam repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. »

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Transit ab idea et fabrica templi ad urbis et terra sancte divisionem et dimensionem. Sic ergo Josue tangens terram promissam eam Hebrei divisit, ita iubet hic Deus sicutem post redditum e Babylonis, eundem rursum dividit ea ratione et mensura, quam hic prescribit. Itaque hoc capite secat Jerusalem in quatuor portiones, quarum primam deputat sacerdotibus in templo, vers. 5; secundam Levitis, vers. 5; tertiam civi- tati et civilibus, vers. 6; quartam principi, vers. 7. Porro terra Israel dimensionem, et per diuidendum tribus distributionem prosequatur sequentibus tribus capitibus, usque ad finem libri. Unde, vers. 9, sancti leges justitiae, presertim ut justa sint pondera, ac, vers. 13, leges religiosas de primitis et victimis, et nominatio- nis, vers. 18 et sequent, de sacrificiis, primo mense, et in Paschate, et vers. 23, in festo Scenopegia offendendis.

1. Cumque coperitis terram dividere sortito, separate primitias Domino, sanctificatum de terra, longitude viginti quinque millia, et latitudine decem millia: sanctificatum erit in omni termino ejus per circuatum. 2. Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitum: et quinquaginta cubitus in suburbano ejus per gyrum. 3. Et a mensura ista mensurabis longitudinem viginti quinque millium, et latitudinem decem millium, et in ipso erit templum, Sanctumque sanctorum. 4. Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarium, qui accedunt ad ministerium Domini: et erit eis locus in domos, et in sanctuarium sanctitatis. 5. Viginti quinque autem millia longitude, et decem millia latitudinis erunt Levitis, qui ministrant domui: ipsi possidebunt viginti gazophylacia. 6. Et possessionem civitatis dabitis quinque millia latitudinis, et longitudinis viginti quinque millia, secundum separationem sanctuarium, omni domui Israel. 7. Principi quoque hinc et inde in separationem sanctuarium, et in possessionem civitatis, contra faciem separationis sanctuarium, et contra faciem possessionis urbis: a latere mari usque ad mare, et a latere Orientis usque ad Orientem: Longitudinis autem juxta unamquamque partem a termino Occidentalium usque ad terminum Orientalem. 8. De terra erit ei possessio in Israel: et non depopulabuntur ultra principes populum meum: sed terram dabunt domui Israel secundum tribus eorum. 9. Hac dicit Dominus Deus: Sufficiat vobis, principes Israel: iniuriate et rapinas intermitte, et judicium et iustitiam facite, separate confinia vestra a populo meo, ait Dominus Deus. 10. Statera justa, et ephi justum, et batus justus erit vobis. 11. Ephî, et batus aqua- lia, et unius mensura erunt: ut capiat decimato partem cori batus, et decimam partem cori ephi: juxta mensuram cori erit aqua libratia eorum. 12. Sicut autem viginti obolos habet. Porro viginti sici, et viginti quinque sici, et quindecim sici, mnaam faciunt. 13. Et haec sunt primitiae, quas tollitis: sextam partem ephi de coro frumenti, et sextam partem ephi de coro hordei. 14. Mensura quoque olei, batus olei, decima pars cori est: et decem batum corum faciunt: quia decem batum implent corum. 15. Et arietem unum de grege ducentorum, de his que nutritur Israel in sacrificium, et in holocaustum, et in pacifica, ad expiandum pro eis, ait Dominus Deus. 16. Omnis populus terra tenebitur primitiis his principi in Israel. 17. Et super principem erunt holocausta, et sacrificium, et libanaria in solemnitatibus, et in calen- dis, et in sabbatis, et in universis solemnitatibus domus Israel: ipse faciet pro peccato sacri- ficium, et holocaustum, et pacifica ad expiandum pro domo Israel. 18. Hec dicit Dominus Deus: In primo mense, una mensis, sumes vitulum de armento immaculatum, et expiabis sanctuarium. 19. Et tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato: et ponet in postibus sanctuarium. 20. Et domus, et in quatuor angulis crepidinis altaris, et in postibus portæ atrii interioris. 20. Et ex- sic facies in septima mensis, pro unoquoque qui ignoravit, et errore deceptus est, et expi-...

pro domo. 21. In primo mense, quartadecima die mensis, erit vobis Pascha solemnitas : ceptem diebus azyma comedetur. 22. Et faciet princeps in die illa pro se, et pro universo populo terre, vitulum pro peccato. 23. Et in septem dierum solemnitate faciet holocaustum Domino septem vitulos, et septem aristes innaculatos quotidie septem diebus : et pro peccato hircum caprarum quotidie. 24. Et sacrificium ephi per vitulum, et ephi per aristem faciet, et oiel hin per singula ephi. 25. Septimo mense, quintadecima die mensis, in solemnitate, faciet sicut supra dicta sunt per septem dies, tam pro peccato quam pro holocausto, et in sacrificio, et in oleo.

Notat Vatalpandus lib. I, cap. xiiii, hanc urbis et terre, sequac templi, ideam et mensuram Ezechieli his propositam, a Zorobabele et Judeis Babylonie redeuntibus non fuisse operae plane completam, ob metum Cyril et Persarum, ne videantur arcem extrudere, ac velle rebellar; tum impeditio Sanaballat alilisque vicinis hostibus, ut patet Nehem. iv et seq., tum ob Judeorum paupertatem; tum denique ut ostenderet Deus haec mystica in Ecclesia Christi perfecte fore complema : se enim eam magis hic spectare et delineare, quam templum Judeorum.

Porro hic est difficultas, par obscuritas cum illa, quia in idea templi hoc usque vidimus. Unde S. Hieronymus, lib. XIV in Ezech., hoc caput sic orditur : canit Poeta :

Hic labor ille domus, et inextricabilis error.

Et alio in loco :

Ut quondam fertur Creta labyrinthus in alta, Parietum testum cecidit iller, anejponique Mille viis habuisse dolum, quo signa sequenti Falceret indepresus et irremedialis error :

« Ita et ego istarum Scripturarum incisum Oceanum et mysteriorum Dei, ut sic loquar, labyrinthum, de quo scriptum est : Posuit tenebras latibulum suum, et nubes in circuitu ejus ; perfectam quadim scientiam veritatis mibi vindicare non audeo, sed nosse cupiemus aliqua doctrina indicia prebuisse, non meis viribus, sed Christi misericordia, qui errantibus nobis ipso deo teuti ambisques resolvent, cæsa regens Spiritu Sancto vestigia, quem sequentes ad portum explanationum propheta Ezechielis pervenire poterimus. »

1. COMPERIT TERRAM DIVIDERE SORTITO — inter Iudeos Babylonie redeunt. Dicit a sorito, non quod sorte divisa sit a Nehemia (ut Josue, cap. xiv, 2, per sortem eam divisi) : nam divisa est ex Dei arbitrio et prescripto, ut sequitur : sed sorte vocat hereditatem (hanc enim significat hebreum נחלה nachala), que per sortes sortebat dividit; unde hebreice ad verbum est : « Cum feceritis terram cadere in hereditatem », id est exsortito dividet terram. Ita Vatalpulus, Rursum, ita ex parte Dei dividit pro arbitrio, non esse hic sors : erat tamen sors respectu Hebreorum, quibus cuique sua pars, quasi sorte et easu

obveniebat, quantum erat ex parte ipsorum. Sic autem Apostolus nos sorte vocatos ad gratiam et salutem. Ex parte enim vocatorum est sors, non meritum, non debitus, nec ex parte Del voluntatis non sit sors, nec casus, sed destinatum consilium et decreatum.

Finis hujus libri pendet ex intelligentia hujus capituli. Facta est enim terra Israel distributio in duodecim partes, præter habitacula sacerdotum, Levitarum, urbis et principis.

SEPARATE PRIMITIAS DOMINI. — Hebraice harim, id est levatae, id est : *Offerte oblationem Domino*, id est separare portionem terre que offeratur Domino, eique sit sacra. Solebant enim primi frugum levari in altum, cum offerrebatur Domino, ut patet Levit. xxxii, 11. Hinc levare per cataphresin idem est, quod offerre.

SANCTIFICATUM, — ut sanctificetur et consecratur Domino pars illa terra.

LONGITUDINE VIGINTI QUINQUE MILLIA, — non cubitorum, ut aliqui putant, sed calamorum : calamus enim mensuroris in manu viri hæc metentis erat, cap. xl, 3, ac terra non cubitus, sed calamis sive cannis mensurari solet. Ita S. Hieronymus, Maldonatus, Vatalpulus et alii.

Symbolice, numerus 25 hic et alibi sacer est. Est enim primi articulorum Domini, et sacerdotum, Levitarum, urbis ac templi. Pari modo, idem sacerdos fuit annulationis et conceptionis B. Virginis, ac incarnationis Filii Dei, qui est primogenitus omnis creatura, idque in templo, scilicet sacro Virginis utero. Nam S. Athanasius vel postulans Anastasius ad Antiochionum principem, *Quest.* xvi, docet Christum incarnatum in utero Virginis 25 martii, ac eodem die in mundi principio Deum creasse primum hominem. Hinc esse, quod in hœ ipso mense omnes arbores et herbe, animalia quoque prolificent, tanquam a Deo hoc tempore creata sint.

Nazianzenus quoque, orat. 2 in Pascha : « Arcanus, ait, apud Hebreos est sermo, hoc tempus esse quo Deus universam condidit molem. Verum porro hoc tempus est, quo successerunt herbe. » Unde hoc die, vel circiter, celebratur Pascha. Quare Romani hoc 25 die martii celebrabant Hilaria, id est festa latitiae et ludos publicos, ac dies hilares; quod eo tempore iterum sol, peragrato Zodiaci spatio per omnes signorum stationes, ad nos redeat. Plura vide apud Petrum

Bongum, libro *De Numer. mysteriis*, pag. 430. Nolant R. David et Vatalpulus hic longitudinem ab Oriente ad Occidentem, latitudinem a Meridie in Septentrionem spectari, ut spectant et describunt cosmographi. Nam aliqui Judeas longitudi a Meridie in Aquilonem, latitudine ab Oriente in Occidentem spectabatur : illa enim pars longius excurribat, haec arcabatur.

SANCTIFICATUM EX OMNI PARTE SANCTIFICATUM, — q. d. Hoc terra spatium jam dimensum separate et dicate Deo, non ad solum templum (huc enim tantum habebat 500 calamos ad quamlibet mundi plagam), ut patet ex cap. xl, 10 et seq., sed etiam ad habitacionem et usum sacerdotum qui Dei sunt ministri.

Censem S. Hieronymus tantum hic designari locum sacerdotum circa templum, dum in eo erant ministraturi : nam alias, cum non ministrabant, habitabant sparsi per totam Judeam. Similiter vers. 3, iubet Levitis edificari viginti gazophylacia circa templum, dum sollicit in eo ministrabant. Nam aliis omnibus non sufficiunt centum, nec mille. Sed hoc de loco sacerdotum in dubium revocari potest. Ingens enim eis hic assignatur, scilicet 25 milia calamorum, que faciunt quinquaginta millaria, ut ostendam in fine cap. XLVII.

2. ET ERIT EX OMNI PARTE SANCTIFICATUM. — Clare veritatem Vatalpulus : *Inde* (id est ex hac prima parte oblationis) spatium quadratum quoniam versus quingentorum calamorum cedet sacerdoti loco, id est erit pro sanctuario. Ex toto sacerdotum loco decerpit et designat hic templum.

QUINGENTOS PER QUINGENTOS, — id est quingentos ad singula latera. Est hebraismus. « Quingentos », non cubites, sed calamos intellige, ut patet ex dictis cap. xl, 16. Ita S. Hieronymus.

QUNQUAGINTA CUBITIS IN SUBURBANA EJUS. — « Suburbana », hebraice שׁוֹרֵת migras, vocat locum neque arboribus constitutum, neque domibus occupatum, sed reliictum vacuum, ut veritatem Vatalpulus, reverentia et sanctitatis, neque decoris causa, ut scilicet templum esset magis conspicuum. Ita S. Hieronymus.

Affer Vatalpando pag. 23. Per « suburbana » enim accipit atrium Gentium, quod putat hic describi. Sed illud non recte vocatur « suburbana ».

3. ET A MENSURA ISTA. — A, id est in. Sic enim hebreice min sepe ponitur pro bet. Porro in mensura ista, id est in calamo, q. d. Metieris locum hunc Deo consecratum, puta longitudinem 25 millium, et latitudinem decem millium calamorum, admodum mensura, quia mensura est templum, cap. xl, 46, scilicet calamo, atque in hoc spatio designabilis locum pro templo. Male ergo putant monnilli hic describi stationem Levitarum.

4. SANCTIFICATIO IN TERRA, — q. d. His locus et terra Iuda erit separatus et sanctificatus, ita ut in eo construantur templum, et circa illud post in-

terjectum spatium 50 cubitorum, ut dixi vers. 2, construantur domus sacerdotum.

Nota moraliter hunc locum pro residentia Pastorum et Sacerdotum, utpote quos Deus hic in circuitu templi residere et habituere voluit. Vide H. Pintum hic.

5. VIGINTI QUINTA AUTEM MILLIA, — alia scilicet præter illa, que jam sacerdotibus assignata sunt. Jubet enim hic Levitis tantumdeum spatii admitti, quantum admensus est sacerdotibus : « Eadem, ait S. Hieronymus, assignatur hic spatia in longitudine et latitudine pro multitudine Levitarum, que habet paucitas sacerdotum. » Describatur hic ergo portio et sedes Levitarum juxta templum; utpote in quo et ipsi Domino ministrabant, et sacerdotibus subserviebant, ut nostri presbyteri diaconi. Altera hæc distinguunt S. Hieronymus; censem enim hæc ad praecedentia, etiam sacerdotes pertinere. Levitis vero assignat se unitem dimensionem civitatis, scilicet 25 millia longitudinis, et quinque millia latitudinis, ita ut sors eorum minor fuerit sors sacerdotum quinque millibus in latitudine.

IRI POSSIDEBUNT VIGINTI GAZOPHYLACIA, — scilicet in templo, id est in atrio sacerdotum. Necessum enim erat ut dum per vias suas ministrabant, ibi sequæ ut sacerdotes, sua haberent habitacula. Alii censem hic præcipi, ut in eorum sorte viginti construantur cubicula. Sed quid hæc inter tot et tantos? Multa enim eorum millia multo plures mansiones et aedes poscebant : unde et sors eorum æquatur hic sors sacerdotum. Nam loci spatii sacerdotum par et aequaliter eis hic assignatur, scilicet quod habeat in longitudine 25 millia calamorum, et 10 millia in latitudine.

6. ET POSSESSIONEM CIVITATIS. — Tertium hic sicut et partem, scilicet civitatis et ciuitatum Jerusalemitarum, dimittit, eamque in longitudine parem sorti sacerdotum et Levitarum; sed in latitudine inferiore et imparem, scilicet calamorum quinque millium, cum illorum esse decem millium, assignat. Discant hic principes quam ampla Deus suis sacerdotibus et ministris habitacula concesserit, ut ipsius civitatis spatium superent : quantum non vetet, sed permitat ut, cum numero ciuitum, qui jam Babylonia redeuntibus exiguerat, creverit, ipsi spatia hæc dilatent. Ita olim in Thebaide et Egypto urbes integræ plura millia monachorum, quam ciuitum latorum continebant. Ita etiamnum Romæ poliforme partem Ecclesiastri et Ecclesiasticorum videmus. Rursum in condenda ciuitate, puta Jerusalem, Deus incipit a templo et loco sacerdotum, eumque ante omnia designat. Idem imitentur principes.

SECUNDUM SEPARATIONEM SANCTUARI. — Hebraice. « Regione oblationis sanctitatis, id est portionis sacerdotum et Levitarum, q. d. E regione sortis, sive post sortem sacerdotum et Levitarum constrictus ciuitatem. Describet hic Deus ideam fideli

et perfecte civitatis, sicut reipublice ideam perfectam descripsit Plato in libro *De Repub.* et nostro anno B. Thomas Morus in sua *Utopia*, aequa ac Xenophon in *Cyro*, nou tam *Cyrum*, quam ideam boni principis describit. Esto Judei eam reipublica non expresserint, nec adaequare potuerint ob paupertatem, vicinos hostes, metum Cyri, aliasque causas, quas initio capit eius. Verum haec omnis potius allegoria ad fabricam Ecclesie, tum militiam, tum triumphantem pertinet, quam describet S. Joannes *Apoc.* xxi, ubi prorsus alludit ad hanc fabricam Ezechielis, ut patet conferent utriusque verba et phrases. Quicquid non tantum S. Hieronymus, sed et Hebrei per principem, de quo sequitur, Messiam intelligunt: unde et de hoc principe operose agitur cap. sequenti. Rursum, urs hec augustinor est, quam fuerit Jerusalem a Nhemia reedificata: unde et habuit templum non intra, sed extra se, ut et habitabat sacerdotum. Quare urbem hanc ad litteram significare saculorum principatum et statum in Ecclesia, aequa ac templum Ecclesiasticum, censent S. Hieronymus, Gregorius, Hugo, Cartusianus, Maldonatus, Lyranus, Fernandius visione XIX, sect. i. Porro, sicut templum dignus est urs, ita episcopatus prestat principatu sacerdoti, eumque dirigere, non vero ab eo regi debet. Sacra enim profani prestant, eorumque sunt finis et scopus: a Deo magis obediendum est quam regi.

ta S. Mauritius Maximiano Imperatori suosque Thebaeos Martires cogenti ad sacrificium idolis immolandum: « Miles, inquit, tu sumis, o imperator, sed tamen servi Christi: tibi disciplina et operae debemus militarem, Deo autem debemus obedientiam et innocentiam. » Hinc et S. Gregorius Nazianzenus, orat. 47 ad principes suis dicens: « Vos quoque, ait, lex Christi imperio meo ac throno subjicit. Imperium enim nos quoque gerimus, addo etiam praestans et perfectus; nisi vero equum est spiritum carni fasces submittere, et colestria terrena cederet. » Si ergo principes vel regere Episcopos, perinde facit, ac si caro spiritum, terra cuelum regeret.

HONI DOMINI ISRAEL. — « Domini, id est Iudei: nam ex omni tribu habitabili erant in Jerusalem. 7. PRINCIPIS QUOCUM, — scilicet dabis suum locum et spatium uti ceteris, sed particulare, et principio dignum. Quarta hic sors principi designatur.

HINC ET INDE, — ex utroque latere, scilicet, ab Oriente et Occidente; vel ad Meridiem, et ad Aquilonem.

IN SEPARATIONEM SANCTUARI. — « In id est usque: separationem, vocat sortem separatam, q. d. Post sortem, quam jussi separari prima sacerdotibus, deinde Levitis, tertio civitatis et civibus; quarto loco separabis et designabis locum principi, ut ipse quasi ultimus, omnes singat instar valli, quasi reipublice tutor et defensor, uti pa-

tebit cap. XLVIII, 21. Ex hoc vers. 7, colligit Ferrandius, vis. XIX, sect. IV, potestatem regiam fluere a Deo, non immediate, sed mediate reipublica, que quasi intermedia est inter Deum et regem. Deus enim instinctus naturae cuique populo jus dedit creandi sibi regem.

Alli explicant, q. d. Inter sortem sanctam templi, sacerdotum et Levitarum, atque inter sortem laicam civitatis et civium, medio loco constitue principem, ut melius utrosque, scilicet tam clericos quam laicos tueri possit; et quia decens videatur, ut primus locus sacerdotibus detur, secundus Levitis, tertius principi, quartus populo. Ha Maldonatus.

Hoc de sorte duodecim tribuum verum est, non de urbe, ut cap. XLVII, patet.

Ita videmus in regnis bene ordinatis, reges in medio regni residere, eisque quasi centrum in circulo, ut et undique faciliter et aequaliter a subditis adiri, et ipsi eam adire possint, utque uno quasi intuito omnes regni finis circumspiciant, singulisque provident, utque omnes regiones in mediis sibi quasi uniant et connectant. Regnum enim quo magis sibi regique sunt unitum est, eo validius est et firmius. Representavit hoc Calanus philosophus Alexandro Magno in corio siccio: illi: enim in limitibus dum insisteret, sublebile dum vero in mediis illud calcabat, totum quiescebat. Ita Plutarchus in *Alexandro*.

Altius Hebrei et Vatablus, q. d. In portione principis erit portio sacerdotum et Levitarum, item templum cum urbe. Sed hoc parum est probabile; sic enim sors principis omnes allorum sortior complexa fuissent, cum hic ei aequum ut alii, pecuniarum et propriam Deus assignet.

CONTRA FACIEM SEPARATIONIS SANCTUARI. — et regionis sortis sacre, et sortis sive possessionis civitatis. Explicit quod paulo ante dixerat: « In separationem sanctuarii, et in separationem civitatis. » Hec patebunt cap. XLVIII, in figura divisionis sortium omnium, quam initio capituli exhibebit.

A LATERE MARIS USQUE AD MARE, — id est, ut Vatablus, a plaga Occidental in Occidente (Hebrei enim « mare » est Occidente, hinc pro « mare » significant Occidente), et a plaga Oriental in Orientem. Explicit quod dixit superius: « Illo et inde, » q. d. Metieris terminos principis utrinque tam versus Occidentem, quam Orientem.

LONGITUDINIS AUTEM JUXTA UNANQUAM PARTEM. — Hebrei: *Et longitudine eius erit et regione unius ex partibus*, id est longitudine sumetur ab Occidente in Orientem et regione unius ex partibus, scilicet pars principis meridionalis erit et regione partis meridionalis civium, et pars septentrionalis principis et regione partis septentrionalis civium a termino Occidental (ipsius partis principis, aequa ac civium) usque ad Orientem, ait Maldonatus.

Quanta fuerit hæc sors principis, Scriptura non exprimit, et varianti interpretis Maldonatus et ali-

censem tantam fuisse, quanta erat sors sacerdotum et Levitarum: Hebrei vero, quibus favet S. Hieronymus, op̄sent tertium laicorum sortem fuisse partitum in tredecim partes aequales; ex quibus una principi, extero duodecim in totidem tribus Israel fuerint distributa.

Nota: Aliqui per principem accipiunt pontificem; ei enim dari jubet primis, vers. 16 et 17 et sequent. Jubet hunc principem facere, id est sacrificare victimas: ergo sacerdos, non laicus. Ratio est, quia post captivitatem Iudei carcerum rege et principi peculiari, ac Pontifices praeferunt populo tam in politicis, quam in sacris, ut patet de Machabeis: unde et mox jubet hunc principem, id est Pontificem, populum non gravare tributis, ac curare ut justa sint pondera. Respicit enim praepucium Messiam, sive Christum, qui fuit principes tam secularis, quam sacer, ut docent Hebrei et S. Hieronymus. Verum cap. XLVI, 2. patet principem hic secularium intelligi, non pontificem.

8. DE TERRA ETI EI POSSESSIO, — q. d. Principes vivet ex parte terre, quam seorsim ei assignari jubeo, ne invadat agros populi, aut eum tributis oneret et opprimeret.

SED TERRAM DAVENT, — q. d. Terram reliquam populi distribuent.

9. SUFFICIAT VOBIS, — o principes! quod hucusque populum gravaveritis et expilaveritis, videte ne deinceps eos expletis aut graves. Quocirca:

SEPARATE CONFINIA VESTRA; — ut vestris limitibus contenti, alieni populi vestri non invadatis. Hebreus et Vatablus vertunt: *Removete angarias vestras*, id est tributa et exactiones vestras. Hebrewrus *migras* proprie significat confinia, et loca suburbana.

10. STATERA JUSTA. — Principis enim est definire ponderum et mensuratur quantitate, ac curare ut ea ab hominibus aequa servetur. Hoc enim exigit iustitia publica in emendo et vendendo, quae si violetur, tota respublica turbatur et confunditur. Hinc Salomon ait *Prov.* xx, 10: « Pondus et pondus, mensura et mensura, utrumque abominabile est apud Deum, » q. d. Qui diversa et inaequalia habet pondera et mensuras, v. g. majorem adhibet dum emit, minorem dum vendit; hunc abominatur Deus justus, et iustitia vindicet. Josephus narrat urbem primam quam condidit Cain, et ex nomi filii sui vocavit Enochiam, eo maxime ab eodem corruptam fuisse, quod injuste pondera et mensuras adiuvenerit. Quam enim necessaria sit hec ponderum et mensurarum iustitia docet Deus, qui eam¹ tam verbo hic, ac

Levit. xix, 35, et *Amos* v, 13, quam exemplo sanxit. Ipsa enim, ut ait Sapiens, cap. xi, 21, hanc universi republicam condens, omnia in mensura, et numero, et pondera dispositi. Eadem in republica in primis necessariam esse docet Aristoteles, lib. IX *Metaphys.*

11. EPHI ET BATIS AQUALIA. — Pates mensurae V. *Ephus et batus aqualia*. — Pates mensurae V. *Ephus et batus*; sed ephus erat aridorum, batus liquidorum, scilicet erant has measure decima pars cori. Corus enim continet tria sea, sive sata, hoc est 30 modios; ephus et batus, tres modios. Septuaginta pro bato vertunt *clenicem*, pro coro vertunt *gomer*, sed corrupte *gitor* *gomer* pro *homor*, uti est in Hebreo. *Gomer* enim exigua erat mensura victus diurni, uti dixi *Ezod.* xv, 18; *homor* vero, sive corus ingens et vastus, continens 30 modios.

Juxta MENSURAM CORI ERIT AQUA LIBRATIO, — id est aqua ad pondus divisio et ad corum accomodatio, q. d. Utrumque ad rationem cori excedit, scilicet ut ephus et batus sint decima pars cori. Ita Vatablus.

12. SICULUS VIGINTI OBOLOS HABET. — Siculus, sive V. stater, erat tetradragmus, aequalis in pondere et per quatuor iugula Italies, et quatuor regalibus Hispanis, sive uni floreno Belgico, hic enim continet 20 obolos, id est stuferos. Vide dicta *Ezod.* xxx, 13.

PORRO VIGINTI SICLI, etc., — q. d. Mna, sive mina continet 60 siclos. Nota: Minam hic distribuit in tres partes, quia erant tres species numismatum separata, quas omnes complectebatur mina, scilicet etar numismata, primo, 15 siclorum, sive quarta mina pars; secundo, 20 siclorum, id est tercia mina pars; tertio, 23 siclorum, id est tercia cum duodecima mina pars. Ita R. David, Vatablus, Maldonatus et Vilapando, tom. II, pag. 327, ubi docet singulariter hasce species minas quoque sive minas vocari, ideoque quadruplicem fuisse minam, scilicet *primum*, 15; *secundum*, 20; *tertium*, 23; *quartam*, 60 siclorum, illudque hic innuit Ezechiel. Unde et Salomon, III *Reg.* x, 17, dicitur suis stipatibus peltas fecisse, quarum singulae vestigebantur 300 minis auri; ubi mina non 60 siclorum (sive enim petra ha fuisse gravissime, et a viris fortissimi importabiles), sed 20, accipienda est. Sic enim in ducentas hasce peltas insumpta fuisse 660 talenta, de quibus III *Reg.* x, 17, recte calculando ostendit Vilapandus. Notandum Hebrei et Maldonatus de profana mina hic agi, nam sacram fuisse duplo maiorem, ac continuasse centum 20 siclos. Verum hoc alii negant, censemque utnam eamdemque fuisse minam sacram et profanam, sive templi et fori, vulgi et sacerdotum, ut dixi *Ezod.* xxx.

Porro dicunt mina, vel *maia* quasi *תְּמִימָה* *mana*, id est portio, vel pars numerata et detracta, a radice *תְּמִימָה* *mana*, id est numeravit. Unde *Mane*, *Tekel*, *Phares*, *Daniel*, v, 23.

13. HE SUNT PRIMITIE, QUAS TOLLETIS. — Hebrei וְאַתָּה אֶסְכֵר tarima, id est quas offeretis elevando illas coram Domino. Hoc enim ritu offrendere erant primitiae, juxta legem *Levit.* xxii, 11, ut ita protessarentur se fruges hasce a Deo accepte, ideoque ei primitias earum offerre. Queres: De quibus primitiis hic agatur? R. David censet

hic taxari eas, que in communi tempore dedicacione offerenda erant. Maldonatus putat hic taxari sacrificia principum : sed sacrificia non sunt primi^{us}, et illa taxatur cap. seq. Melius ergo S. Hieron. ymnum Hebreis proprie primis frugum, v.g. tritici, hordei, etc., Deo et sacerdotibus offerendis, hic taxari autem, ne aut sacerdotum avaritia plus exigeret, aut laicorum minus daret, quam par erat. Jubet ergo ut sexagesima pars frugum pro primis Deo datur : jubet enim dari sextam partem ephi, que est sexagesima pars cori.

Notant Hebrei hic taxari primis frugum, v.g. tritici, hordei, etc., Deo et sacerdotibus offerendis, hic taxari autem, ne aut sacerdotum avaritia plus exigeret, aut laicorum minus daret, quam par erat. Jubet ergo ut sexagesima pars frugum pro primis Deo datur : jubet enim dari sextam partem ephi, que est sexagesima pars cori.

14. MENSURA QUOQUE OLEI. — Jubet hic in sexagesima parte farine, que pro primis offeratur, miseri centesimam partem olei. Nam decima pars bafi, sive ephi, est centesima pars cori. Corus enim continet ab decem batos, sive ephi.

15. ET ARISTEM UNUM. — Hebreice יתנְמַתֵּבְשֶׁת וְשָׁבֵת ecclad, id est pectus unum, non agnus aut feminam, ut volunt Hebrei, sed masculum. Unde Noster doce verit, « aristem. » Mascula enim Deo in sacrificio offerenda erant.

DE GREGE DUCENTORUM, — q. d. Qui ducentas habuerint oves, unam, puto ducentesimam, dabit Deo in sacrificio.

16. OMNIS POPULUS TERRÆ TEVERIT PRIMITIS HUIC PRINCIPI, — scilicet sacerdotum, hoc est Pontifici. Minus reale alii regem intelligent (1) : nam Pontifici, non regi, ex jure divino danda sunt primis. Alter ergo hic sumitus principis, quam cap. seq. et cap. XIV. 3. Sensus est q. d. Populus dabit Pontifici hasce primis, ut iis ipse sustinet onus offerendi holocausta et victimas in sub-

(1) Observat tamen Meyers in *Dissert.*, pag. 56, hanc primam oblationem principi dandam, non esse eam, quam lege tenebantur dare sacerdotibus. Nam oblatio legi Mosica mandata, non erat de grege, sed de area et editu torcularis, vid. Num. xv, 19, 20; xvii, 12 et seqq. et supra XLV, 30. Hac autem erat principi domanda, partim, ut ex maxima ejus parte pro dignitate sustentaretur; partim, ut inde daret, quod ad sacrificium properato, ad manus, seu sacrificium farreum, holocaustum, et eucharistia, non particularia, sed generalia, totius catus, requirebatur, ideo vers. seqq. additur: « ad expiandum pro domo Israeli. »

batis, Calendis, aliisque festis pro toto populo. Ut S. Hieronymus, Vatablus et passim Hebrei. Hoc est enim quod subdit:

17. ET SUPER PRINCIPEM ERUNT HOLOCOASTA, etc. — q. d. Principi, et principis quasi humeris incumbet onus holocaustorum, etc.

18. PRIMO MENSE. — Nisan, qui partim martio, partim aprilis nostro respondet, estque primus aequinoctio verno, ideoque Paschalis, Exod. cap. XI, vers. 2.

UNA (id est prima die) MENSIS. — Sic semper alibi per enallagmam cardinalis numerus ponitur pro ordinali, unus pro primo.

19. ET TOLLET SACERDOTES DE SANGUINE (sacrificio, vel piaculi) QUOD ERIT PRO PECCATO, ET PONET IN POSTIBUS DOMUS, — scilicet templi. Ita Hebrei.

ET IN QUATUOR ANGULIS CREPIDIBUS (non atrii, ut volunt Rabbini, sed) ALTARIS. — Hoc enim duplexcitem habebat crepidinem, eaque hebreica vocatur תְּלִי azura, cap. XLII, 14, aequo ac hic.

ET IN POSTIBUS FORTE ATRI INTERIORIS. — Atrium interius erit atrium sacerdotum, ut dixi, cap. XLII, 3. Minus recte R. David per atrium exterus accipit atrium feminarum, per interius virorum.

22. ET FACIT (id est sacrificabit) PRINCIPES, — non per se, sed sacerdotes, ut explicatur cap. seq. vers. 2.

23. QUOTIDIE SEPTEM DIES, — id est quotidie septem vitulos, et septem aries, idque per septem dies. Ita Hebreus, Vatablus et Maldonatus. Haec victimae videntur hic prescripsi soli principi. Nam festi et populi aliae et plures erant victimae, que prescribuntur Num. XXIX, 13 et seq.

24. SACRIFICIUM EPHI PER VITULUM. — Pro sacrificio hebreico est מִנְחָה mincha, id est sacrificium farreum, sive simile, q. d. Offeret ephi simile cum singulis vitulis, et cum singulis ephi misericet unum hin olei. De hin, ephi, aliquis mensuris hebreorum vide dicta in calce Pentateuchi.

25. IN SOLEMNITATE, — scilicet festi Tabernaculorum: hoc enim die 15 mensis septimi celebrabatur, Levit. XXIII, 39.

TAM PRO PECCATO, — q. d. Dixi de victimis, simili, et oleo offerendis in festo Pasche, eadem intelligenda, et eodem prorsus modo ac mensura servanda sunt in festo Tabernaculorum. Ita Vatablus, Maldonatus et alii. Ex hisco victimis, libamibus, exterisque omnibus patet hoc ad litteram spectare templum et rampum publicum Iudeam.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Prescribit sacrificia principi, et vers. 16, legem fert de donis et legatis principis, denique, vers. 19, preservat locum et culinus victimarum.

1. Ille dicit Dominus Deus: Porta atrii interioris, que respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem sabbati aperietur sed et in die Calendarum aperietur. 2. Et intrabit princeps per viam vestibuli portae deforis, et stabit in limine portæ: et facient sacerdotes holocaustum ejus, et pacifica ejus: et adorabit super limen portæ, et egredietur: porta autem non claudetur usque ad vesperam. 3. Et adorabit populus terra ad ostium portæ illius in sabbatis, et in Calendis, coram Domino. 4. Holocaustum autem hoc offeret princeps Domino; in die sabbati sex agnus immaculatus, et arietem immaculatum. 5. Et sacrificium ephi per arietem: in agnis autem sacrificium quod dederit manus ejus: et olei hin per singula ephi. 6. In die autem Calendarum vitulum de armento immaculatum: et sex agni et arietes immaculati erunt. 7. Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet sacrificium: de agnis autem, sicut invenerit manus ejus: et olei hin per singula ephi. 8. Cumque ingressurus est princeps, per viam vestibuli portæ ingredietur, et per eamdem viam exeat. 9. Et cum intrabit populus terra in conspectu Domini in solemnitatibus: qui ingreditur per portam Aquilonis, ut adoret, egredietur per viam porta Meridianæ: porro qui ingreditur per viam porta Meridianæ, egredietur per viam portæ Aquilonis: non revertetur per viam portæ, per quam ingressus est, sed e regione illius egredietur. 10. Princeps autem in medio eorum cum ingredientibus ingreditur, et cum egredientibus egredietur. 11. Et in mundinis, et in solemnitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, et ephi per arietem: agnus autem erit sacrificium sicut invenerit manus ejus: et olei hin per singula ephi. 12. Cum autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta, que respicit ad Orientem, et faciet holocaustum suum, et pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbati: et egredietur, claudeturque porta postquam exierit. 13. Et agnum ejusdem anni immaculatum faciet holocaustum quotidie Domino: semper mane faciet illud. 14. Et faciet sacrificium super eo cata mane mane sextam partem ephi, et de oleo tertiam partem hin, ut misceatur simile: sacrificium Domino legitimum, juge atque perpetuum. 15. Faciat agnum, et sacrificium, et oleum cata mane mane: holocaustum scopernum. 16. Hac dicit Dominus Deus: Si dederit princeps dominum alicui de filiis suis: hereditas ejus, filiorum suorum erit, possidebunt eam heredarie. 17. Si autem dederit legatum de hereditate sua uni servorum suorum, erit illius usque ad annum remissionis, et revertetur ad principem: hereditas autem ejus, filii ejus erit. 18. Et non accipiet princeps de hereditate populi per violentiam, et de possessione eorum: sed de possessione sua hereditatem dabit filii suis: ut non dispurgatur populus meus unusquisque a possessione sua. 19. Et introduxit me per ingressum, qui erat ex latere portæ, in gazophylacia sanctuarii ad sacerdotes, que respicabant ad Aquilonem: et erat ibi locus vergens ad Occidentem. 20. Et dixit ad me: Iste est locus ubi coquent sacerdotes pro peccato, et pro delicto: ubi coquent sacrificium, ut non efferant in atrium exterus, et sanctificetur populus. 21. Et eduxit me in atrium exterus, et circumduxit me per quatuor angulos atrii, et ecce atriolum erat in angulo atrii, atriola singula per angulos atrii. 22. In quatuor angulis atrii atriola disposita, quadrangula cubitorum per longum, et triginta per latum: mensurae unius quatuor erant. 23. Et paries

per circuitum ambiens quatuor atriola : et culinae fabricatae erant subter porticus per gyrum. 24. Et dixit ad me : Hec est domus culinarum, in qua coquunt ministri domus Domini victimas populi.

4. PORTA ATRI INTERIORIS, — id est atrii sacerdotum. Hec est porta clausa, de qua dixit cap. XLIV, vers. 2 et 3. Hanc jubet hic aperiri principi in Sabbathis et Calendis.

Nostrie S. Hieronymus : « Sex diebus, ait, quibus operamus in mundo, porta Orientalis atrii interioris clausa nobis est. Postquam autem venerimus ad diem septimum, id est ad diem sabbati, in quo externe requies est : sive ad diem Calendarum, quando posse cœcum noctem, et horribiles tenebras lucis exordium est, aperitur nobis porta Orientalis : si quis nostrum per merita virtutum ducis nomen et dignitatem fuerit consequens, per viam vestibuli porte deforis, quae adhuc in terrenis finibus posta est, ingredietur, non interior atrium (hos enim in presenti loco scribitur), sed ad limen porte interioris, et statuit in ea. »

2. INTRABIT PRINCEPS PER VIAM VESTIBULI PORTÆ DEFORIS (id est exterioris, ut vertum Chaldeus et Tigrina que scilicet erat in atrio laicorum) : ET STABIT IN LIMINE PORTE, — interioris, inquit S. Hieronymus, que scilicet erat in atrio sacerdotum, q. d. Princeps intrabit per portam atrii laicorum, pergetque usque ad portam atrii sacerdotum, ut inde specie sacrificia, que per sacerdotes offerunt in ipsorum atrio. Sic enim nemo laicus, sic nec princeps poterat ingredi atrium sacerdotum, sed soli sacerdotes : princeps amen proxime ad illud accedebat, adeoque consistebat in porta atrii sacerdotum, ibique sedem regalem habebat, in qua sedet si vellet, aut juxta eam stare, si mallet : et enim stabit preventiam et consistentiam significat, non situs qualitatem : stabit ergo, id est eo loco consistet et deget, sive stando, sive sedendo, sive genuflectendo. Sedem hanc regis iuxta atrium sacerdotum graphicis representat Adrichomius in effigie Hierosolymitanae et templi, num. 93. Simili modo olim reges christiani prohibebant ingredi chorum sacerdotum, et cogebantur ante chorum in templo cum populo consistere. Ut Theodosium consistere coegit S. Ambrosius. Idem etiamnum servavit Greci, qui chorum in quo Missa celebrant, undique clausum, ne ulli nisi sacerdos ejusque ministris, pervium habeant. Discant hic principes ex sanctione Dei, quantum modestiam exhibere in templo, quamque sacerdotes, quasi Dei ministros, venerari debeat.

PORTA AUTEM NON CLAUDETUR USQUE AD VESPERAM. — Causam dat S. Hieronymus : « Ut post principem, inquit, omnis populus terra adoret contra osium portæ illius; adoret autem in Sabbathis et in Calendis, quando aperitur porta. »

ET FACIENT, — id est offerent, sacrificabunt.

3. ET ADORABIT POPULUS TERRE AD OSIMUM PORTE, Ver - scilicet foris post principem : princeps enim in ipso limite portæ consistebat et adorabat.

5. ET SACRIFICIUM. — Hebraice, *mincha*, id est sacrificium, sive libamen simile erit mensura ephod.

IN AGNIS AUTEM SACRIFICIUM QUOD DEDERIT MANUS EIUS, — q. d. Libamen et mensuram simile ad agnos, quos immolabit princeps, non prescribo: id est ipse tantum, quantum volet; ita tamen ut *olei hin per singula ephi simile*, que dare voluerit, addat et miscat. In omnibus enim victimis animalium addenda erant simila, oleum, sal et thus, quas libamina et condimenta sacrificii, ut dixi sepius in Leviticus.

6. VITULUM DE ARMENTO. — Hebraice בקר *bacar*, id est filium bovis, sive vacce, id est vitulum aquæ et juvenem et tenerum, qui adhuc matrem, puta vaccam, sequitur.

7. EPHI quoque (simile) PER ARIETEM FACIT SACRIFICIUM. — Hebraice, *mincha*, q. d. Ad quemlibet arietem offeret ephod simile pro mincha, id est sacrificio, sive libamine farreo. Passim enim hic, uti in *Leviticus*, u. sacrificium; hebreum *mincha*, vocatur simile oblatio et libatio.

● SICUT INVERNERIT MANUS EIUS, — sicut dare potuerit et voluerit. Vide dicta vers. 5.

8. CUNQUE INGRESSUS EST PRINCEPS, PER VIAM VESTIBULI PORTE — Orientalis, ut dixit vers. 2. Duo hic sanciuntur, duplexque statuitur discrimen inter principem et populum. Primum, ut princeps solus per portam Orientalem ingreditur, eaque alias clausa, illi ingredienti aperiatur, et eo egresso claudatur ad vesperam : populus vero per portam Meridionalarem et Aquilonarem ingreditur et egreditur, ut dicunt versu seq. Secundum, ut princeps per eamdem portam ingreditur : populus vero per unam ingressus, per alteram et adversam egreditur, uti statuit. 10. Ita S. Hieronymus, Vilalpando, Maldonatus et alii.

Hinc recte infert Vilalpando, pag. 396, in fine, id multo potiori jure sacerdotibus in altari et templo ministris licuevit, quod principi licet. Nam a sacerdotibus sanctitas, sapientia, divini cultus observantia, atque religio major exigebatur, quam a seculari principe, cui maximus privilegii loco dabatur, ut usque ad limen (vel portam) interior adoratur ingredereetur, ultius progrederi omnino prohibebatur : cuius quidem contemptus legis severissimas penas huius Ozias rex, percussus leprosa a Deo, II. Paral. XXVI, vers. 16 et 19.

Moralis causa erat, ut significaretur principem, queque ac sacerdotes, aliam decere viam, id est vi-

tam et mores, quam populum, puta peculiares et sanctiores. Alter R. Salomon, R. David, et Hebrei : censem enim his statui legem tantum de Sabbathis et Calendis, ut scilicet hinc festis tam princeps quam populus una porta ingredi, altera vero egredi debeat : idque putant sancti vers. 9 et 10. Verum prior sententia verior est.

9. CUM INTRABIT POPULUS. — Statuitur hic ut populus per portam, non Orientalem, sed Meridionalem ingressus, Aquilonari egreditur ; ingressus vero Aquilonaria porta, per adversam, scilicet Meridionalem, egreditur.

Causam dant Hebrei, ne finita oratione que fiebat in medio atrii Orientali coram Domino, converteretur adorans contra templum, ad eamdem portam reversurus, itaque dorsum obvertiret templo : quod rusticum fuisse et incivile. Verum aqua erait conversio, scilicet lateralis, sive per eamdem, sive per diversam portam quis egredieretur; tamque tergum, aut potius latus obvertat ingrediens per unam portam, et egrediens per alteram, quam ingredens et egrediens per unam eademque. Verior ergo causa fuisse videtur, ut in tanta populi turba facilior esset transitus. Si enim eadem porta, qua ingressi erant, egredi fuisse, occurserint venientibus et intrantibus, itaque invicem sese in transitu impeditiverint, dum hi volunt ingredi, illi egredi, quod vitatur, si hi, qui una porta ingredieruntur, alia egrediantur. Id experimur hic Romes in Basilicis Apostolorum et Martyrum, dum sunt stationes solennes.

Tropologice, significatur in via et cultu Dei non esse egredendum, sed progredendum, ut cum Apostolo, quo retro sunt obliviscuntur, in priori ostendamus, ait S. Hieronymus.

10. PRINCEPS AUTEM IN MEDIO FORUM, — id est princeps per portam ingreditur, qua media est inter Meridionalem et Aquilonarem, quibus populus ingreditur : sic enim quasi in medio populi, utroque ex latere intrantis, ingrediebatur princeps.

CUM INGREDIENTIBUS INGREDIUTUR, — id est eodem tempore, quo alii ingredieruntur, in medio eorum, uti jam dixi, ipse ingreditur; et eodem tempore, quo alii egredieruntur, egreditur ipse.

11. IN NUNDINIS. — Hebraice בְּנִינָדִין *bechaggin*, id est in festis.

12. CUM AUTEM FECERIT PRINCEPS, — cum obtulerit per sacerdotes, ut dixit vers. 2.

SPONTANEUM HOLCAUSTUM, — aut spontaneas victimas pacificas, vel Eucharisticas, q. d. Princeps, cum præter sacrificia, que hic in festis ei præscribuntur, volerit aliis diebus sponte sua sacrificium offere, operietur illi porta Orientalis, sicut in *Exodus*. Ita Hebrei, Maldonatus et alii.

14. CL^{DR} MANE MANE, — id est singulis diebus mane. Ex grecisim : κατά enim Graeci idem est, quod secundum per : geminatio vero significat distributionem universalem, q. d. Per singula mane.

16. HEREDITAS EIUS (filii principis) FILIORUM SUO-RUM ERIT, — q. d. Transmetit filios ad posteros suos hanc hereditatis partem, a patre principe dono acceptam. Loquitur de parte honorum regalium, ut patet ex vers. seq.

17. LEGATUM (hebreice מַתָּנָה mattana, id est do-

num, ut præcessit) USQUE AD ANNUM REMISSIONIS,

— scilicet jubilai, de quo dixi, *Levit. xxv, 13*; illo enim possessiones venditas ad primos venditores, sive dominos, reverlebantur. Statuitur hic discrimen inter dona, que princeps dat filiis, et ea que dat servis, scilicet, ut servis, id est subditis, data revertantur ad principem in Jubileo, filii vero data non revertantur. Hoc enim est, quod ait : « Hereditas autem ejus, filii ejus erit, » quod clarus dicitur Hebrei : « Verumtamen hereditas ejus filiorum ejus (id est filii ejus ab eo dono data) ipsorum erit. »

Hinc docet S. Hieronymus (qui per principem intelligit pontificem) sacerdotes filii non deberent relinquere bona Ecclesiastica, sed tantum hereditaria : « Suggilat, inquit, non solum illius tempore sacerdotis et principes, sed nostri quoque, qui ditione fiumi sacerdotem dignitate, et prætereruntur; tamque tergum, aut potius latus obvertat ingrediens per unam portam, et egrediens per alteram, quam ingredens et egrediens per unam eademque. Verior ergo causa fuisse videtur, ut in tanta populi turba facilior esset transitus. Si enim eadem porta, qua ingressi erant, egredi fuisse, occurserint venientibus et intrantibus, itaque invicem sese in transitu impeditiverint, dum hi volunt ingredi, illi egredi, quod vitatur, si hi, qui una porta ingredieruntur, alia egrediantur. Id experimur hic Romes in Basilicis Apostolorum et Martyrum, dum sunt stationes solennes.

Tropologice, significatur in via et cultu Dei non esse egredendum, sed progredendum, ut cum Apostolo, quo retro sunt obliviscuntur, in priori ostendamus, ait S. Hieronymus.

40. PRINCEPS AUTEM IN MEDIO FORUM, — id est princeps per portam ingreditur, qua media est inter Meridionalem et Aquilonarem, quibus populus ingreditur : sic enim quasi in medio populi, utroque ex latere intrantis, ingrediebatur princeps.

CUM INGREDIENTIBUS INGREDIUTUR, — id est eodem tempore, quo alii ingredieruntur, in medio eorum, uti jam dixi, ipse ingreditur; et eodem tempore, quo alii egredieruntur, egreditur ipse.

41. IN NUNDINIS. — Hebraice בְּנִינָדִין *bechaggin*, id est in festis.

12. CUM AUTEM FECERIT PRINCEPS, — cum obtulerit per sacerdotes, ut dixit vers. 2.

SPONTANEUM HOLCAUSTUM, — aut spontaneas victimas pacificas, vel Eucharisticas, q. d. Princeps, cum præter sacrificia, que hic in festis ei præscribuntur, volerit aliis diebus sponte sua sacrificium offere, operietur illi porta Orientalis, sicut in *Exodus*. Ita Hebrei, Maldonatus et alii.

20. ET SANCTIFICETUR POPULUS, — contactu aut presenta carnium sanctificatarum : quidquid enim sanctum tangebat, sanctum putabatur. Simile dicitur de vestibus sacris cap. XLV, 19. Sanctit Deus res sanctas, ulti vietas, loco congruo et sancto asservari, ne in profano inter laicos vilescent, aut minus reverenter haberentur. Unde S. Hil-

ronymus: «Significat, inquit, ne facile non sanctificatis sancta tribuamus, nec mitiamus iuxta Evangelium margaritas ante porcos, nec demus sanguinem canibus.»

21. EDUXIT NE IN ATRIUM EXTERIUS, — scilicet in atrium populi, ut paulo ante dixit: interius enim atrium erat sacerdotum. Hinc ergo videtur, quod 'n atrio laicorum per quatuor ejus angulos fecerunt atriola separata, et pariete sive muris circunsepta, ut dictur vers. 23, in quibus erant culinae ad coquendas partes victimarum pacificearum, laicis offerentibus ex lege debitis, quas deinde in eodem atrio comedebant epulantes, et gaudentes coram Domino: atrium enim sacerdotum non sufficiebat omnibus hisce coquendis, cum partes sacerdotum et dei ibi coquendos essent. Deinde molestem fuisse, præseruit in hieme et frigore, singulas laicorum carnes coctas ex uno atrio in aliud transferre, et singulis suis redire et distribuere in tanta populi turba. Alter Maldonatus; putat enim atrium hoc exterius fuisse in eodem

atrio sacerdotum, dicique exterius, quia erat extra gazophylacia.

22. MENSURE UNIS QUATUOR ERANT, — q. d. Quatuor hæc atriola culinarum, in quibus angulis atrii magni laicorum posila, erant unius et ejusdem mensure, scilicet singula erant longa quadrangula cubitos, latè triginta, ut praecessit. Ha Vatablus.

23. ET CULINE FABRICATE ERANT SUTER PORTICUS, — Porticus has innibentur parietibus, sive muris atrium ambientibus, de quibus jam dixi. In hisce porticibus dicit edificatae fuisse culinas ad coquendas victimas. Alter verit. Vatablus, scilicet sub muri, vel formimis loci erant circumactae; siue explicat: In parte, alt, muri superiore erant foramina, quibus ollæ imponebant, inferne autem alla foramina ad subiiciendum ignem.

24. IN QUA COQUENT MINISTRI DOMUS DOMINI VICTIMAS POPULI. — Sicut victimæ, utpote sanctæ, a solo sacerdote macababantur, ita et earum carnes a solis templi ministri, puta a Levitis, coquabantur eliam in atrio laicorum.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Videt Propheta aquas ex templo manantes. Deinde, vers. 13, dividitur terra inter duodecim tribus.

1. Et convertit me ad portam domus, et ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad Orientem: facies enim domus respiciebat ad Orientem: aquæ autem descendebant in latus semiplex dextrum ad Meridiem altaris. 2. Et eduxit me per viam porte Aquilonis, et convertit me ad viam foras portam exteriorem, viam que respiciebat ad Orientem: et ecce aquæ redundantes a latere dextro. 3. Cum egredieretur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu sua, et mensus est mille cubitos: et traduxit me per aquam usque ad talos. 4. Rursumque mensus est mille, et traduxit me per aquam usque ad genua: 5. et mensus est mille, et traduxit me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille, torrentem, quem non potui pertransire: quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non potest transvadari. 6. Et dixit ad me: Certe vidisti, fili hominis. Et eduxit me, et convertit ad ripam torrentis. 7. Cumque me convertisse, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex utraque parte. 8. Et ait ad me: Aqua istæ, que egredientur ad tumulos sabuli Orientalis, et descendunt ad plana deserti, intrahunt mare, et exhibunt, et sanabuntur aquæ. 9. Et omnis anima vivens, quæ serpit, quocumque venerit torrens, vivet: et erunt pisces multi satis postquam venerint illuc aquæ istæ, et sanabuntur et vivent omnia, ad quæ venerit torrens. 10. Et stabunt super illas piscatores, ab Engaddi usque ad Engallim siccatio saganorum erit: plurimes species erunt pisces ejus, sicut pisces maris magni, multitudinis nimis: 11. in littoribus autem ejus, et in palustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur. 12. Et super torrentem orientem in ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, et non deficit fructus ejus: per singulos menses afferet primitiva, quia aquæ ejus de sanctuario egreditur: et erunt fructus ejus in cibum, et foecus ejus ad medicinam. 13. Itæ dicit Dominus Deus: Hic est terminus in quo possidebitis terram in duodecim tribibus Israel: quia Joseph dupliceum funiculum habet. 14. Possidebitis autem eam singuli aquæ ut frater suus: super

quam levavimus meanum ut darem patribus vestris: et cadet terra haec vobis in possessionem. 15. Hic est autem terminus terræ: ad plagam septentrionalem, a mari magno via Hethalon, videntibus Sedada, 16. Emath, Berotha, Sabarin, que est inter terminum Damasci et confinium Emath, dominus Tichon, que est iuxta terminum Auram. 17. Et erit terminus a mari usque ad atrium Enon terminus Damasci, et ab Aquilone ad Aquilonem: terminus Emath plaga septentrionalis. 18. Porro plaga orientalis de medio Auras, et de medio Damasci, et de medio Galaad, et de medio terra Israel, Jordanis distinximus a mare Orientale, metiendi etiam plagam ~~Centrale~~, 19. Plaga autem australis meridiana, a Thamar usque ad aquas contradictionis Cades: et torrens usque ad mare magnum: et haec est plaga ad meridem australis. 20. Et plaga maris, mare magnum a confinio per directum, donec venias Emath: hinc est plaga maris. 21. Et dividet terram islam vobis per tribus Israel: 22. et mittetis eam in hereditatem vobis, et advenis, qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrum: et erunt vobis sicut indigenæ inter filios Israel: vobisque divident possessionem in media tribuum Israel. 23. Ille tribu autem quacumque fuerit advena, ibi dabitis possessionem illi, ait Dominus Deus.

1. AD PORTAM DOMUS, — id est templi. Maldonatus per domum accipit Sanctum sanctorum. Porta hec erat Orientalis, ut patet ex sequentibus.

ET ECCE AQUE EGREDIERANTUR. — Queritur, quem haec aquæ? Respondeat Vilapando fuisse aquas subterraneas templi, quæ per canales ductæ in atrium sacerdotum effluant, quia tum victimæ, tum ipsum lantem solum assidus lavabantur. De quibus S. Hieronymus in cap. xl. Ezech. 41: «Ad latos exterius, inquit, juxta Septuaginta, erat rivas fabrefactæ, qui holocaustum, omnes, et carnium virulentias effrebant externis.» Singulis enim, aliquæ humores et excreta toti victimarum quotidie, foetorem intolerabilem creavissent, nisi his aquæ abluta per canales et aqueductus foras propulsæ fuisse. De hisque aquæ et aqueductibus ita scribit Aristoteles, oculatus testis, lib. De LXX Interpret., sub initio. Erant in templo occulta receptacula aquarum, quæ ad diluvium sanguinem jugularum hostiorum funduntur, quorum fluxus tam assidus est, ut perennis fons videatur. Et ad hoc sunt iuxta areæ basin frequentes aperture, solidi ministris cognite. Sed mirabilis est, et fere incomparabilis subterraneorum conceptuorum magnitudo, quæ ad quinque usque stadia per circuitum templi cuncta penetrat. Plumbea ad eam ferme quacumque per muros, et templi solum, quibus omnis abluantur mundaturque, descendunt.

Tales aqueductus et subterraneos et suprateraneos videmus Rome, ac imprimitis S. D. N. Sixti V in Quirinali, et Pauli V in Janiculo, sive Montorio. Plinus hæc aqueductus vocat orbis miracula. Unus eorum ab eo sic describitur, lib. XXXVI, cap. xv: «Vicit antecedentes aquarum ductus novissimum impendit operis inchoati a Caio Cesare, et peracti a Claudio: quippe a quadragesimo lapide ad eam excusatatem, ut in omnes urbis mons levantur: influxere Curtius, atque Ceruleus fontes. Erogata in id opus sestertia ter millies.

Quod si quis diligenter estimaverit aquarum abundantiæ in publico, balneis, piscinis, dominis, euris, horis, suburbanis villis, spatioque adventivis extructis aëris, montes perfosso, convallis sequatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in orbe terrarum.» Porro aqueductus Salomonis hisce Romanis fuisse mirabiliores docet Vilapando, pag. 563. Hisce adhuc Roma plena est, ideoque in singulis pene plateis existant foræ et ostiâ, quibus sordes in hisce aqueductus et cloacas subterraneas, tandemque in Tiburim devolventur, adeo ut Roma in imo videatur concava, et stare in forniciis, mirumque sit eam iustibus et terre motibus sepius non contut, immo conquassari.

Allegorie, et potius, haæ aquæ significant tum aquæ baptismi, quæ ē limine templi, id est a Christo, qui est via et veritas; et ab altari crucis, puta e latere Christi, profluxerunt, omniaque gratiarum genera, que ex illis emanarunt; tum Evangelio doctrinam, ait S. Hieronymus, de qua dicit Propheta, cap. xxxvi, 23: «Effundam super vos aquam mundam, et mundabitini ab omnibus iniquitatibus vestris.» Et Zachiarias, cap. xiv, 8: «Et erit in illa die: Exhibita aquæ vive de Jerusalem: medium earum ad mare novissimum; in sestate, et in hieme erunt.» Nam, ut ait Isaia, cap. n, 3: «De Sion exhibet lex, et verbum Domini de Jerusalem.» Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Vatablus, Maldonatus, Pintus et alii, g. d. Per totum orbem dispergant doctrina, baptismus, lex et gratia Christi. Nominat duo maria, Orientale, scilicet Mortuum; et Occidentale, scilicet Mediterraneanum, quia haec erant limites Palestine, et populi Dei; ac per illa quavis alia intellegit. Ita S. Cyrilus ibid. De his aquis ait Christus, Joan. vii: «Si quis sit, veniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vive. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.»

Et Psaltes, Psalm. xxxi. : « Super aquam refectionis eucavit me. » Et Isaías, cap. xii. : « Haurientis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. » Et cap. xxxv, 6 : « Scissae sunt in deserto aquae, et torrentes in solitudine. Et qua era arida, erit in stagnum, et cibis in fontes aquarum. » E contrario Jeremias, cap. 4, iuxta Septuaginta, increpat Iudeos, quod cādū ad aquas Egypti : « Quid vobis, cādū, et vias Egypti, ut hibiscus aquae Geon? qui hebreo dicitur Ἡρών σικόρ, id est turbidus aqua conosus; hic est Nihus. Tales aquae sunt dogmata hereticorum, inquit S. Hieronymus.

2. EDUXIT ME AD VIAM PORTAE AQUILONIS. — « Per viam portæ, » id est per portam : Hebrei enim nomen via addunt per plenassum, q. d. Augerius me circumduxit per portam atrii utriusque, ut totum templum circumambularem.

ET CONVERIT ME AD VIAM FORAS. — Clare veritatis. Circuire me fecit in viam foras ducentem ad portam exteriorem (scilicet Aquilonarem) in viam quo tendit in Orientem. Reductus est ergo hic Propheta ad portam Orientalem templi, ad quam primum ductus fuerat, cap. xl, 6.

ECE AQUA REDUNDANTES. — Ille ipsa quas videtur vers. 1, per dextrum templi latum defluentes, templum circumambientes, ad portam Orientalem redibant. Non enim quatuor erant rivi, ut nonnulli putarunt, sed unus tantum ad dextrum latus fluens, ait Maldonatus; sed hic rivus variis locis per canales et epistoma erumpet. Unde Hebrei et Valbus putant Prophetam vidisse proximo aquam exortentem et limine, postea ex loco, qui suberat lateri domus. Alii dicunt Prophetam vidisse aquam scaturientem et limine, quod erat prope latum parietis domus.

3. ET NIBUS EST. — Tē et redundat per hebraicū: alioquin enim pendet sententia.

*4. AQUE PROFUNDI TORRENTIS. — Hebreice: *Aqua natationis torrentis, qui non potest trans vadari*, id est que ita intumescunt, ut non nisi natando trans vadari possent. Ductus est Prophetā ad aquas sensim profundiores, scilicet primo, profundas usque ad talos; unde Chaldeanus verit, usque ad aquas talorum; deinde, usque ad genū; tertio, usque ad femora et renes; quarto, excedentes saturam hominis, ut natando transeundere forent. Symbolice, haec aqua sensim crescentes significabant res Iudaicorum Babylonie redemptum, post templi reedificationem, ex parvis initia ingens incrementum accepturas. Aquae enim bonorum affluentiam significant, ut patet vers. 8 et 9. Isaia lxvi, 12 : « Ecce, inquit, ego declinabo super eam quasi flumen pacis, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis. »*

Allegorice et potius, significabant, ait Maldonatus, Ecclesiā, et Evangelicā doctrinā parvo exumplo initio, ab Jerusalem per totum terrarum orbem longe lateque propagandam, donec dominetur Christus a mari usque ad mare, et a summo usque ad terminos orbis terrarum, »

Psal. lxxi, 8; omnesque gentes, ad quas ea ἡ θεριά pervenerit, a corruptione morum, errorumque pravitati curandas. Aut, primi mille cubit infraeum Christianorum ordinem denotant, qui incipientem appellatur, qui minore gratiarum copia perfunditur (nempe usque ad talos), id est donec in mandatis Dei ambulant, ut Scriptura loqui solet, consilia vero non servent. Alii mille cubiti, proficientes significant, qui ad praecipit consilia etiam Evangelica adjungere conantur; sed nondum ad perfectionem pervenerunt. Alii mille, perfectos, quibus usque ad lumbos aqua circumfuit, id est tantum gratiae accipiunt a Deo, ut perfectam castitatem servare possint ac velint, qui homines angelorum vitam imitantur. Postremi, Beatiori statu, qui trans vadari non potest; quia oculi non videt, nec auris audit, nec in cor hominis ascenderunt, que preparavit Deus illi qui diligunt illum, Isaia lxix, 4, et Corinth. ii, 9. Sic fere et Thesodoretus, Hinc Ecdi. xxix, 40, sapientia, que primo erat exigua, quasi diorix, id est aqueductus, dictum crevise in fluvium immensum: « Ego, inquit Sapientia, quasi trames aquas immense de fluvio. » Et rursus: « Et ecce factus est milii trames abundans, et divinus meus appropinquavit ad mare. »

Sic quoque has dimensiones explicat Antonius Ferdinandus, visione XX, sect. ii, ubi et addit, quod aqua prima, genua superans, significabat Christi doctrinam, que paulatim pervasit et persuaserat omnes curvantibz sibi genu; secundo, perlungens ad renes, significabat quod illa exercit et concupiscentias (harum enim sedes sunt renes) latius strerget, ac ad virginitatem et celibatum multos impelleret; tertio, quod jam trans vadari non potuerit, sed mundo fuerit transmittenda, significabit christianos, preseruent perfectos, in Ecclesiā Dei gratia quasi pisces naturae. Porro haec aqua egreditur et sanctuario, hoc est et Spiritu Sancto, qui totius sanctitatis est auctor, item et Christo: erat enim corpus Christi templum Dei, juxta Iud. Joan. ii, 29: « Solvite templum hoc. » Ergo pectus sive cor Christi erat velut sanctuarium, ex quo haec aqua divina scaturivit. Simili modo explicat S. Gregorius, lib. XXII Moral. cap. xiv: « Aquam, ait, usque ad talos venire, est jam nos per acceptum sapientiam desiderante rectitudinem vestigia tenere. Qui rursus mille metit, et Propheta usque ad genua per aquam ducitur: quia, cum boni operis plenitudo tribuitur, ad hoc usque nostra sapientia augetur, ut in pravia jam actibus minimi fleatur. Qui iterum metit mille, et Prophetā per aquam usque ad renes ducitur: quia videlicet tunc in nobis plenius operis exrescit, quando in nobis percepta sapientia omnem quoque, in quantum est possibile, delectationem carnis extinxit. Qui adhuc mensus est mille, torrentem videbilem quem Prophetā pertinuisse non potuit. Percepta namque perfectione operis, ad contemplationem ducitur, in qua mens sub-

vata in Deo non potest penetrare quod videt. » Audi et S. Ambrosium in Apocal. xxi, 4: « Per torrentem, inquit, Scripturam divinam intelligere debemus, quae de templo, id est de Ecclesia, egreditur, ab ore scilicet predicatorum; Angelus vero Dominum significat. Angelus itaque Prophetam mille cubitos ducit, cum Dominus alieci fideli suū desiderium largitur intelligandi Scripturam. Prophetā namque typum tenet eorum, qui divinas Scripturas ad hoc discere volunt, ut ipsi in eius proficiant, et alias per eum sacramenta instruant. Millenarius vero numerus perfectionem aliquaciter sepe demonstrat. Et prima transductio ad historię intelligentiam, secunda ad moralē, tercia perit ad spiritualem. Angelus igitur transductus Prophetam usque ad talos, cum ei historię intelligentem tribuit. Quisquis enim moralē et spiritualem intelligentiam in divinis Scripturis investigare desiderat, necesse est ut historię intelligentiam prior possidat. Secundo, Angelus Prophetam mille cubitos ducit, cum Dominus fidem suū ad moralē intelligentiam percipiendo accedit; per quam usque ad genua cum transductus, cum moralis scientia sensus et manifest. Torquentem non potuit trans vadare, quia profunditatem divinorum celestiumque mysteriorum nullus sicut, perscrutari potest. Ex parte enim cognoscimus, et ex parte prophetamus, sicut dicit Apostolus: Cum autem venerit quod perfectum est, evanescatur quod ex parte est. Et iterum: Videamus nunc per spectrum in enigmate; tunc autem facie ad faciem. Hunc torrentem in idem Paulus transmovere se non posse considerans, diebat: O altitudo divitiarum sapientie Dei! quam incomprehensibilis sunt iudicia ejus, et investigabilis via ejus! »

Mirabilem visionem de hisce aquis oblatam Alberto Magno, nimur quod ipse torquens se in explicatis quibusdam locis difficilibus S. Dionysii, a S. Paulo ad eum ducit sibi, et ad doctorem Aaronis, eumque Apostolo eis siccō pēdo transire, ipse ab eo invitatus, sequi, easque tranare non posset; tum accepit ab eo resolutionem diuinorum occurrentium in Ecclesiastica Hierarchia S. Dionysii; ipsiusmet Alberi verbis recensit gravis auctor Ferdinandus Castiglione in Historia Ordinis S. Dominicæ, part. I, lib. III, cap. XLVI.

6. GENTE VIDISTI. — Hebreice Ἡρώντα harata, an vidisti? q. d. Si non bene vidisti, plenius vide et observa; si sis vidisti, audi mysterium pariter et usum, fructumque harum aquarum, scilicet ligna multa, id est arboreas multas, quas aqua haec irrigando producunt et nutrunt. Myrtos, ligna sunt christiani aquis baptismi loti et rigati, ut proferant poma, id est virtutem fructus, de quibus dicitur Psalm. xv: « Tunc exsultabunt omnia ligna sylvarum a facie Domini, quia venit. » Et Matth. viii: « Omnis arbor, que non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. » Taurum magis apposite (quod tamen est) re-

dit ligna sive arbores, sunt fides, spes, charitas atque virtutes habituales. Haec enim ex terra cordis nostri aqua Evangelii irrigata nascentur, ac proferunt fructus bonorum actuum (sicut enim fructus ex arbo, sic actus ex habito proficisciuntur) sibi simillim; et folia modestie, pietatis, decoris et omnis honestatis externe. Quocirca analogie ex hisce rursum ensunt cotes habituales et actuales beatitudinis, ut mox dicam. Nam gratia et virtutibus respondet et datur gloria beatifica, ejusque dotes, sicut semini respondet missis, merito merces, victorie premium.

8. AD TUMULOS SABUL ORIENTALIS. — Ex Hebreo γέλια, veri quoque potest, ad Galileam Orientalem, Ita Septuaginta, hebreus et Vatablus. Tradunt Hebrei annam hinc in duos rivos fuisse divisum, unum Orientalem, alterum Occidentalem; per quae Latina Orientalem et Occidentalem Ecclesias intelligent, sicut Vatablus, Pintus et alii. Prior ergo, inquit, fluebat in mare Galilee, puta Tiberiadis, aut in mare Mortuum sive Sodomorum, quod orientale erat; alter in Mare Mediterraneum, quod erat occidentale. Tunc Maldonatus per mare Orientale accipiat sinum Persicum; sed hic nimis remotus est a Jerusalem et templo.

Idem quod Ezechiel hic ait, Narrat Zacharias, cap. xiv, 8, verbis paulo ante citatis.

Noster melius verit, a ad tumulos sabuli. Hujus enim convolutions et tumulos significat Hebreum γέλια, ut recte docet S. Hieronymus in Comment. Jam sensus est, q. d. Haec aqua que ex limine sanctuarī egredientes flunt versus Orientem, suocore curse vehementi tradunt arenas, eriguntque tumulos earum in alto suo, et descendunt ad planitiam soliditum, ingreduntur mare Mortuum, et exibunt ab eo, ita ut maris aquae hujus fluminis ingressu sanentur, et que prius amaro erant, dulcescant, queaque prius in haec mortuarent, reviviscant. Alluditat Jordanem: hic enim ingreditur una parte, et alia egreditur mare Mortuum, ejusque aquas ex parte dulcorat; convolvit quoque efflentque tumulos arenas, rursum, q. d. Aquae haec, que flunt in Jordanem, posita in mare Mortuum introibunt.

Porro ad littoram aquae haec parum sanabant, id est corrigebant, salscidem maris Mortui, aut torrentium in illud influenter: magis ergo mysticas et antitypas haec aquas intelligere debemus, scilicet aquas baptismi; et per torrentes tendentes in mare Mortuum, perque ipsum mare Mortuum acciperent infideles et peccatores mortiferi peccatis obitos, qui hisce aqua recipiunt salutem et vitam, ac virtutem fructus ferunt uberrimos et letissimos, ut qui anteā erant vitiorum vorago, lacus libidinum fortidus, et mare sceleribus amarum et morbum, ubi nihil erat vita, nihil gratiae, nihil vere dulcedinis, in fluvium amonum, suavem, et salutarem, ac piscibus abundantem, convertantur, de quibus sequitur.

Mali ergo, ut puto morui, Christo virisque pli
debet quod sint et vivant.

9. ET OMNIS ANIMA VIVENS, QUE SERPIT (hebraice
נַעֲמָן נְאָמֵן נְאָמֵן) acer iasritis, id est que reptat vel ma-
hi, puta pisces) VIVET. — Rursum iasritis, id est
que ebulit, multiplicatur, securit instar rana-
rum et piscium. Nam, ut ait Plinius lib. II, cap. II,
in mari plura et majora animantia nascuntur,
quam in terra ob humoris luxuriam. Hoc de
causa Propheta Ecclesiasticus comparat mari, fideles
discibus; quia multi sunt, et virtutibus meritissime
magni. Unde explicans, subdit:

ET ERUNT PISCES MULTI. — Pisces sunt christiani,
qui renati aquis baptismi vitam gratiae conse-
quentur. « Baptismus enim corpus tangit, et cor
ebilit, » ait S. Augustinus tract. 80 in Joannem.
Hinc Christus dicitus est ἕρετος, id est pisces. Si enim
vocis iste, initiales litteras exponas, idem erit quod
Iησος Χριστος οὐαὶ τοῖς ἑρετοῖς, id est Jesus Christus
Dei Filius servator. Ita S. Augustinus, lib. XVIII De
Civitate. xii. Ille enim admirabilis mutatio, puta
maris Mortui, id est peccatorum vivificatione, prove-
nit ex aquis manvantibus a limine et ostio Sancti
sanctorum, id est a Christo qui est porta oculi,
fluuntque in Iacobum dextrum, id est per Christi
crucifixum Iacobum lancea apertum et vulnera-
tum: ex eo enim sanguis et aqua, atque Ecce-
clesie Sacramenta fluxerunt, ait S. Augustinus.

Ubi nota: Communis veterum sententia est, la-
tus Christi in cruce a mortali perossum, fuisse
dextrum, idque putant aliqui hinc praedicti ab Eze-
chiele, cum ait vers. 2: « Et ecce aquae redundantes
a latere dextro. » Ex hoc ergo latere Christi
exiit sanguis et aqua, prima, ut quasi duploem
ex se Christus emanaret baptismum, scilicet aqua
in Sacramento, et sanguinem in martyrio: illum
enim fidelibus omnibus, hunc martyribus colla-
toratus erat. Ita Cyrillus Hierosolymitanus, catech. 13;
Tertullianus, lib. De Baptismo. S. Hieronymus,
epist. 83 ad Oceanum: « Latus, inquit, Christi
percutient lancea, et baptismi atque martyrii
pariter Sacramenta funduntur. » Secundo, ut hac
re significaret quod baptismus aquae ex san-
guine Christi haberet vim et efficaciam abliundi
peccata. Unde S. Ambrosius, De Benedict. cap. IV:
« Aqua, inquit, ad lavacrum, sanguis ad pre-
tium. » Tertio, ut significaret quod ex latere
Christi fluenter quasi Sacraenta, quibus for-
mandi et nutriendi erat Ecclesia. Unde Patres
Iacobus Christi vocant januam baptismi et ceterorum
Sacramentorum: adhucque ex latere Christi
dormientis in cruce formatam esse Ecclesiam,
sicut ex latere Adae dormientis formatam est Eva.
Ita S. Cyprianus et Tertullianus, lib. De Baptismo.
Hinc et S. Chrysostomus, in cap. xix Joann. 34, et
ibid., S. Cyrilus per aquam intelligent baptismum,
per sanguinem calicem Eucharistiae: illo
enim generamus, hoc nutritur. Denique S. Cy-
prianus, serm. De Resurrect. Christi: « Ex hoc,
aī, fonte non solum ablutionis prima undas

haunimus, sed et compunctionem et
perennes effluunt rivi, misericordiarum
et totius pietatis affectus. »

Et SANABUNTUR. — In baptismo Christi sanata
sunt aquae: quia per tactum vivificare carnis
Christi, vim vivificanti acceptunt, ait S. Augus-
tinus, serm. 36 De Tempore.

Anagogice, fluunt haec aquae ad Iacobum dextrum,
id est ad beatitudinem, et sortem locumque
electorum. Ilos enim Christus in iudicio statuet
ad dextris: reprobos vero a sinistris. Unde sequitur:

10. STABUNT SUPERILLAS PISCATORES. — Apostoli
scilicet qui audiuerunt a Christo: « Venite post
me, et faciam vos fieri piscatores hominum. »

Note: Apostoli vocantur piscatores, potius
quam venatores: quia ipsi non violentem cedi-
bus, sed dulcibus sermonibus et moribus suauiter
traxerunt homines ad se, et ad Christum; sa-
ensus sine sensu eos in retra Ecclesie compul-
erunt, ut vivos caperent et ad meliorem vitam
transfierent. Esca eorum fuit promissio vita
cellestis. Denique obedientia vocatorum et captiu-
rum ostendit quoniam dulcis fuerit eorum pescatio.

Ab ENGADI USQUE AD ENGALLUM, — ab uno ter-
mino usque ad alium. Engaddi civilis est iuxta
mare Mortuum, alio nomine dicta Asaonthamur,
id est ubs palmarum; ex quod florarent palmis
et balsamis. Unde ibi erat horvus, sive vinea bal-
samii, quod pene ibi tantum, non alibi in toto
orbis, reperiebatur. Hinc horvus seu vineas bal-
sami, tempore Herodis Magni, Cleopatra Egypti
regina, concedente Antonio amasio, invidens
tantam felicitatem Herodi, transfluit in Egiptum.
Item Josepho, lib. I Belli, cap. xii, Buchardo,
Salignacio et aliis in descriptione Terrae Sancte.

Engallum vicum vel ubs erat in principio maris
Mortui, ubi scilicet Jordanus influit in mare. At-
que ex hoc loco tendebant retra sua piscatores
ad siennandum, usque ad Engaddi, ut ait hic
Ezechiel. « Engallum, » ait S. Hieronymus, est in
principio maris Mortui, ubi Jordani ingreditur;
Engaddi vero, ubi finitur atque consumitur. En-
gaddi fontes hodi, Engallum fontes vitulorum
sonat. »

SICCATIO SAGENARUM ERIT. — Piscatores sordes
retum ablunt aqua marina, deinde ea ad solem
exponunt et exsiccant: ita qui piscatur animas,
humores et sordes mundante vanitatis, quis con-
versando cum hominibus contraxit, ablutam
ritudine penitentie, mentemque ad se, et ad
Deum revocet per meditationes, examina et similia
exercitia spiritualia; ut ita a sole illa divino
calore gracie ipsius exsiccantur; ipseque aptior
fit ad novam animalium pescationem. Hoc signi-
ficat Engaddi, id est fons hodi; et Engallum, id
est fons vitulorum. Hodus enim et vitulus, utpote
victima pro peccato, sunt symbolum penitentiae
et mortificationis.

11. IN LITTORIBUS AUTEM, ET IN PALUSTRIBUS NON

SANABUNTUR (1). — Ad litteram, ait S. Hieronymus, hoc verum est in mari Mortuo; nam in eo,
ejusque paludibus nullus pisces, aliudque animal
nascat, aut aliunde illatum vivere potest; unde et
vocatur mare Mortuum. Aucti S. Hieronymum:

• Nihil quod spirat et possit incidere, praे am-
bitudine nimia, in hoc mari reperi potest. Nec
coelolequ quidem, parvique vermiciuli, et an-
guille, et cetera animalium sive serpentum
gena, quorum magis corpulea possumus
nosse, quam nomina. »

Symbolice, palustria sunt homines in segnitiam
prolapsi: lacum sunt ii qui in superficie versantur,
ac sola predicatione indui, v. g. predica-
tores lingua, non vita, quales nostrum sunt plu-
rimi, at Theodoretus. Hi difficile sanantur.

Allegorice, extra has aquas baptismi, id est ex
tra Ecclesiam, in qua est baptismus, non est sal-
sus, omnisque gentilium et hereticorum doctrina
salva est et amara, utpote conosa et palustris:
« quia in salinas dabuntur, » quia dum Deus de-
teget coram falsitatem, eosque puniet, erunt alii
sal, ut scilicet alii eorum exemplo sapient et ca-
veant, juxta illud quod scriptum est Proverb. xix:
« Peccatore flagellato, stultus sapientior erit, »
ait S. Hieronymus.

Audi et P. Barcadium, tom. I, lib. II, cap. vi,
ubi templum hoc Ezechielis mystica explicat, sed
salinas alter, immo contrario interpretatur:
« Mundi typus, ait, est mare Mortuum; hoc sa-
nant Evangelii aqua, in illud influentes; Jordani
aqua in mare Mortuum infuebant, sed sanare
illud non poterant; eundem in modum Moses
doctrina in mundum illabebatur, at sanare illum
nequebat: induxit Evangelii unda salutifera, et
sanavit. Sanari autem dicuntur aquae, cum a sal-
sedine, amarore et sterilitate ad dulcedinem fe-
cunditatemque transferuntur. Unde Eliseus IV
Reg. II: Sanavi (inquit) aquas has, et non erit ulta
tra in eis mors, neque sterilitas. Sanavit ergo
Deus aquas maris Mortui, id est mundi, quia sal-
sedinem, amarorem, infecunditatem et mortem
eius cum dulcedine, et fecunditate, et vita, in-
fluentibus Evangelii aquis commutavit. Unde
marit illud quo non pisces quidem unum gigna-

(1) « Quia in salinas dabuntur: » verbo enim tempore
(inquit Michaelis in Historia maris Mortui, pag. 68),
resolutis nivibus, vehementior majorque solito Jordane
plus aqua de mare Mortuum defert, unde jam littus
egressum, latiusque stagnum vicinia valibus innat, a
quibus recedens restato non tenut solum strato salis vas-
tas valles relinquit, sed et liberaliore dono scolcas afficit.
Hi enim fossae in littore excavant, in quibus residua
aqua sole evapori coquuntur, magno salis thesauris reli-
cute, quo Palaestina in cibis condimentis utitur. Sunt ha-
cius falso Sophonis II, 9 commemorata. Ne igitur tota
mare Mortui sanata, ingenti beneficio, sale Palaestina
privaretur, addit Rosenmüller, plusque in isto fluminis,
de quo inde ab his capitulo citato, danna quam utili-
tatis esset, patet, et fosse mare Mortuo propinquia
non dulcia reddentur, sed soli comparando destinata
manebunt.

bat, jam nunc tot giganit, ut adjungat vates:
Plurimae species erunt piscium ejus, sicut pisces
maris magni, multitudinis nimiae. »

« Ait preterea Ezechiel, relinquendas salinas
aliquot; has ego Religiosorum famulis academias
masque esse existimo; quemadmodum enim in
salinis, ita in cornobus et academias sal efficitur,
de quo Christus, Matth. v: Vos, inquit, estis sal
terre. Jam vero piscatores, queror eodem loco
Propheta meminit, quid nisi concionatores admun-
trant, quos Dominus hominum vocavit piscato-
res? Siccatio vero saganorum illud indicat, de-
bere concionatores saganus suas, id est concio-
nes, prius quam in mare jacunt, solis, id est
Christi, radiis exponere, ejusdem solis calore in-
cender, atque ab omni humane cupiditatibus hu-
more desiccare. »

12. ET SUPER TORIENTEM, — q. d. Fideles (co-
munitas vel eis virtutes) qui irrigantur aquis do-
ctrinae christiana et S. Scripturae, erunt sicut arbo-
res frondentes semper, et fructificantes, ut sim-
plicis mensibus, id est perpetui, congruis scilicet
temporibus novos honorum operum fructus
afficerant.

PER SINGULOS MENSES AFFERET PRIMITIVA. — Pri-
mitiva reddere, est primitivum fervorem initio
mensis cuiusque resumere: quod viri pii et sui
protectus studiosi faciunt. Estque valde utile, imo
esse necessarium. Mens enim humana, ut ait
S. Gregorius, lib. XXII Moral. cap. II, « dum igne
amoris excoquitor, semper in se servat clarita-
tem pulchritudinis quotidiana innovatione fer-
voris; nescit enim mens per torporem veterare-
cere, que studet per desiderium semper in-
choare. »

ET FERT FRUCTUS EIS IN CIBUM. — Fructus vi-
torum justorum sunt virtutes, que sunt cibi
quibus animus altior ad eternitatem: Unicus
qua sua cultura fructus donat, » ait S. Ambrosius
in cap. vii Iuc. Quantum enim quisque se men-
temque excollit, in tantum fructus fert: cere-
monia sunt folia conferentia salutarem instructionem
et medicinam. Ita Alcazar in Apocal. xxii, in Iuc.
Adhuc fructus sunt opera, folia sunt verba salu-
taris, quibus alias instruimus, docemus, conso-
lamur, exaltamus, etc. Nam, ut ait S. Basilus:
« Verba perfectorum sunt verba vita, et incolu-
mitas anime. » Rursum S. Hieronymus: S. Scrip-
tura, ait, est hec sacra arbor, sive lignum vite,
eius historicus sensus nobis est cibus, quia eo
fidem nostram pascit: allegorius et moralis est
in medicinam, » quia eo mores corrigitur.

Huc alludit, immo hunc loquuntur anagogice (nec
ad litteram loquuntur Ezechiel de Ecclesia cres-
cente et militante) citat S. Joannes, Apoc. XXI, 1,
dum ait: « Ostendit mihi fluminum aquae vite,
splendidum tanquam crystallum, procedentem
de sede Dei, et Agni (scilicet hic vers. 1, videtur
procedere a limine domus Dei). In medio platea-
eius, et ex utraque parte fluminis lignum vite

aferens fructus duodecim; per menses singulos reddens fructum sum, et folia ligni ad sanitatem Gentium; » ubi « fluvius aquae vite » vel vivus est visio beatifica, de qua ait Psaltes: « Fluminis impetus iustificat civitatem Dei; lignum vite » est Christus, sive Christi humanitas, qui beatis sua visione et fruitione dat vitam immortalē, estque eis quasi in-ēbum et voluptam recentem « per duodecim menses, » id est perpetuo in omnia secula, in omnem aeternitatem; « folia ligni » sunt verba Christi, quibus beatos omnium gentium muletibit et consolabitur.

Audi etiam, in Apoc. xxxi, 4: « Due

ripi, sit, duo testamente significant. Inter ha

duas ripas magnus torrens Scripturarum, qui a

sancitis Patribus editus est, decurrit; per ligna

vera Doctores Ecclesie designatur, qui in utri-

us vero. Doctores Ecclesie designatur, qui in utri-

nes), tantum restarent undecim **tribus**. Causa hinc est, quod Joseph a patre Iacob duplice accepit sortem in terra Chanaan. Iacob enim, Gen. xlviij, 13, adoptavit sibi in filios immediatos ei proximos, filios Joseph, Ephraim et Manasse, nepotes suos, ad hoc, ut uterque tribum unam constitueret, ac in Chanaan pari sorte et jure cum aliis tribubus, puta cum immediatis filiis Jacob, qui fratres erant Josephi (hinc enim singuli singula tribus constituebant) succederent, terramque dividenter. Tribus ergo Joseph, cum esset una, in duas fuit divisus; ita ut, secundus Levi, remanerent adhuc duodecim tribus, quia posteri Joseph successerunt in locum Levi, ut dicitur Ioseph cap. xiv, vers. 4.

44. POSSIDENTIS AUTEM. — Jubet hic terram sequentia dividi inter duodecim tribus, cum esse factum esset sub Ioseph: tunc enim major tribus maiorem, minor minorem terrae partem accipit.

SUPER QUAM LEVAVI MANUM MEAM, — quam elata quasi manu, ut homines faciunt dum jurant, jura vi patribus vestris vobisque daturum.

ET CADET, — sortitio, non cajusquam electione, ut dixi cap. xlv, 1.

45. HIC EST AUTEM TERMINUS, — q. d. Hi sunt fermi, hi fines Chanaanæ inter duodecim tribus dividenda.

A MAR MAGNO, — scilicet ab ea parte mari Mediiterranei, que ad Aquilonem verget; eam enim hic distinxit.

VIA HETHALON, — id est veniendo ab Hethalon in Emath, Berotha, etc. Alii exponunt, q. d. In hac parte et plaga erunt hæc oppida, Emath, Berotha, etc. Porro Enath est urbs, quæ ab Antiocho Ephiphanea dicta est Epiphania, aliis Hieronymus, eratque terminus Terra Sanctæ septentrionalis et orientalis, Ioseph cap. xiii, 4.

46. ET MITTETIS EAM IN HEREDITATEN, — Cap. xlvi, corporal Propheta dividere terram I-srael; sed interpositus quibusdam incidentibus divisionem istam intermixerit; nunc ad eam perficiendam redit. Antequam vero terram dividat per sortes, distinguat ejus terminos ex omni parte, scilicet ad quamlibet mundi plagam.

QUA JOSEPH DUPLEX FUNDULUM HABET, — « Fundulum, » id est sortem, sive portionem hereditariam. Olim enim fundulis agros et hereditates dimicabant; hinc *funiculus* per metonymiam idem est, quod sors vel pars hereditaria, ut Psal. xv, 6: « Funes cediderunt mihi in praeharisi; » quod explicans subdit: « Etenim hereditas mea praeclera est mihi. » Dat causam, cur jussere terram dividi per duodecim tribus, cum seclusa tribu Iacob, que partem terra non accepit (eo quod ejus pars esset Dominus, id est Domini oblatio-

7. ERIT TERMINUS A MARE, — q. d. Atque ita terminus, id est mensura, plaga aquilonaris erit a mari Mediterraneo usque ad Chatser Enon, id est atrium Enon, ut verunt Septuaginta, qui est terminus Damasci, id est locus vel uiba prope Damascum, eratque alter terminus Terra Sanctæ ex altera parte, ad radices Antilibani.

AB AQUILONI AD AQUILONEM TERMINUS EMATH, — Ad Aquilonem una parte terminus Chanaanæ

COMMENTARIA IN EZECHIELEM PROPHETAM, CAP. XLVII.

erit Chatser Enon, uti præcessit; altera ex parte terminus erit Enath, id est Epiphania. Hi sunt ergo limites totius plaga septentrionalis.

18. DE MEDIO AURAN, — quasi dicat: Limes Orientalis Chanaanæ erit linea, quæ deducetur inter Auran, Damascum, Gelaad, et terram Israel. Ita Vatablus.

AD MARE ORIENTALE, — id est ad mare Mortuum; ali, ad mare Galileum, sive Tiberiadis; Jordanis enim ab uno mari in alterum fluen, terminabat Chanaanem ad Orientem: utrumque mare ponitur terminus Chanaanæ Orientalis, Num. xxxiv, 3 et 4.

19. PLAGA AUTEM AUSTRALIS MERIDIANA, — q. d. Limes Chanaanæ Australis versus meridiem, erit ab urbe que vocatur Thamar, id est palma, quæ palmitis abundat.

USQUE AD AQUAS CONTRADICTIONIS CADES, — id est usque ad Cades, quæ locus ibidem murmur diutius est aque contradictionis, ut dixi Numer. xx, 1, et seq.

Nota: Thamar a palmeti dicta est Palmyra, urbani quæ adscivit Salomon, quo postea Adriano Imperatore instaurata, dicta est Adrianopolis. Ager, in qua sita est, dives est et ferox, qui vasto undique ambitu arenis includitur. Sola Palmyrae vicina solitudine, quæ inde Palmyrenam vocatur, fontibus et putes abundant. Ita Adriachomus. Quocirca Thamar, sive Palmyra, non est Jericho, uti aliqui putant, quod Jericho quoque vocetur civitas Palmarum. Nam Jericho in tribu Benjamin, Palmyra in tribu Manasse sita erat.

ET TORRENS, — scilicet terminus erit. Hic est torrens Egypti, qui iuxta Rhinocoruram in mare influit, de quo Numer. xxxiv, 5; ibi enim iudicium termini Chanaanæ nominatur, qui hie, scilicet torrente Egypti, Enan, Sepham, Emath, Sedada, mire, etc.

8. ET PLAGA MARIS, — id est hic est limes plaga occidentalis (mare enim magnum erat ad Occidentem Terræ Sanctæ), nempe mare magnum, id est Mediterraneum.

A CONFING PER DIRECTUM, DONEC VENATIUM EMATH, — id est, qua parte mare hoc per sua confinga directe resipici et tendit in Emath. Unde Vatablus verit: Qui, scilicet limes, est e regione introitus Emath.

22. MITTETIS EAM IN HEREDITATEN, — id est misericordis sortibus, eam dividet, et hereditabitur.

ET ADVENIS, — proselyti. Jubet hic Deus terram civili tam proselyti et gentilismo ad iudaismum conversis, quam ipsis originariis Judeis, ut una utrisque coalesceret Ecclesia et responsa.

Quod cum ab Esdra et Nehemia factum non legimus, immo Esdras a sacerdotio ejecerit alienigenas Judeis admixtos, I Esdræ II, 62, potius hoc ad Ecclesiam Christi referenda sunt, in qua sequalem sortem habent Gentiles et Judei; ut meritò Ephesini gentilibus scribat Paulus, cap. II, 19: « Jam non es tu hospites et advenas, sed es cives Sanctorum, et domesisti Dei. »

Pari modo templum hic describitur, quasi situm extra civitatem, ubi licet alludatur ad arcem et montem Sion, in quo erat templum (hic enim mons erat extra urbem Jerusalem, id est extra civitatem populi, quæ erat in valle monte Sion subiecta: unde Sion vocabatur civitas David, Ierosalem vero civitas populi); tamen nec distantiam utrinque tantam, nec habitacula sacerdotum et levitarum circa templum tanta, nec magnificentiam tantam, quanto hic describitur, in templo et urbe Hierosolymitanâ, post redditum et Babylone exstitisse legimus. Esto sensim creverit post Esdram numerus et opes, tum civium, tum urbium; adeoque Herodes, ut haberetur Messias, per magnificum extruxerit templum, prior Zorobabel diruto, quod cum Salomonico certaret. Hac ergo omnia Ezechielis programmata, potius idea sunt perfectæ Ecclesiæ et reipublicæ, qualis fuit apud Christianos, non apud Judæos, ac presertim qualem erit in Jerusalem crelesi, ut dicam in fine cap. XLVII. Nam, ut alia taceam, nusquam legimus portiones sacerdotum habuisse 25 milia calamorum in longitudine, et totidem sortem Levitarum.

Pro quo nota: Quinque pedes faciunt passum, passus 425 faciunt stadium, octo stadia faciunt milia: milliare enim sunt milie passus. Porro calamus sacer, uti dixi cap. XI, 5, continet sex cubitos, id est sexies pedum cum dimidio (enibus enim est pes cum dimidio). Calamus ergo sacer continet 9 pedes. Igitur calamus continet duos passus, excepto uno pede: quare cum milie passus faciunt milliare, sequitur quod milie calami faciunt duo millaria, exceptis mille pedibus, qui faciunt ducentos passus: et 300 calami faciunt unum milliare, exceptis 200 pedibus, qui faciunt centum passus. Ergo 25 millia calamorum faciunt 30 millaria, exceptis 25 millibus pedibus, qui faciunt 5 millia passum, potius 3 millaria. Ergo 23 millia calamorum faciunt precise 43 millaria. Ubi, et quando sacerdotes possederunt spatium 43 milliarum? Rursum murus urbis, cap. XLVII, in fine, dicitur habuisse 18 millia calamorum, id est 32 millaria et 400 passus. Quis unquam videt tantos muros, tantam urbem?